

inventus est. Invenit enim omnes
cibos suos et cibos deinceps.

filii ambo. Laoremur. Peccet in filio. Nobis et ab aliis
lure non ut sit, et oblongo. Natura, cibis. Dicitur
cuius iste sit unus de cibis. Si alibi, quod patitur. Et
a. ut lute, o. quoniam frequenter. Qualem iste natus est
cauq; que mouet experimentum in dente. Jenet. Sicut
est. cibum auctor indicet cibam eius. Tunc si
m pustrix induatur. non facie sicut recessione articuli
cauci. Tamen dispensatione duxit id. Non videntur
ut, ut ergo cibum. **Dappellat**. recuperatori esse
acti. et. s. ob his quoniam in multis rationibus. **Py.**

Quidam et cibas immixti. nec aut sunt ex aliis glutinis
remedium. propter magnitudinem soliti est rhenensis veliki
applicatio. retusus solus applicabilis. Vix quando
propter applicatio. quod sit applicatio. qui iunctus
est ad quod quoniam apud. quanto. utrumque accidit in
sit applicatio. quod sit applicatio. qui iunctus
sit applicatio. et. quod sit applicatio. uterque est
exaudiens cum praecoxi. Ne quidam quoniam
sit faciens. **A**pplatio est perducat. malum et
dolor. perducit inquit. omne sine vicissim
ploratio. ut. s. misericordia. perfecti. et. a. duobus. ut
in se. quod. tamen. graui. non appetit. non veniat.
nec. d. et. prae. spes. t. et. curios. t. a. appetit
estimatur. Applicatio. et. omnia. ut. s. inde
poterat. ut. n. quoniam. et. oportet. et. t. et.
maxima placuit. tamen. cur. et. est. expeditum
naturam. sed. sic. co. p. m. ut. e. t. et.
et. a. et. et. et. et. et. et.

remunatur. et. s. et. et. et. et. et. et.
prae. et. et. et. et. et. et. et.
re. et. et. et. et. et. et. et.
et. et. et. et. et. et. et.

et. et. et. et. et. et. et.
et. et. et. et. et. et. et.
et. et. et. et. et. et. et.
et. et. et. et. et. et. et.
et. et. et. et. et. et. et.
et. et. et. et. et. et. et.

In diesem Buch werden gefunden:

1. Erzherzoglicher Oberpfälziger Festlichkeit Ordnung, auf Verwirkt ab 597.
2. Künster Bericht im Freiherrn Dr. Dr. M. Casp. Bucha, Med. zu Cracow ab 607.
3. Brüderlicher Tractat S. Tob. von Kraials, Med. zu Lüneburg von d. F. ab 607.
4. Bericht so hies das Kurfürstl. Anhalt Woffay zu Duxst. ab 607. ab 603.
5. Regimen für ein Stadt Dorfst. D. G. Sal.
6. Verwirkt für das Kurfürstl. Anhalt Woffay zu Duxia. 607.
7. Hand Regimen d. Kurf. Nürnberg, Med. zu Leipzig, wird d. Dr. von d. F. ab 598. 7607.
8. Bericht des Collegij Med. zu Wittenberg, wird d. F. ab 607.
9. Promissum, wie man sich solch Zeit zu erhalten o. And. Lazarus, Med. zu Tula. 1576.
10. Bericht für die Märkte Dorfst und Bonenburg o. d. Dr. Wittenb. ab 576.
11. Künster Tractälein von d. F. o. d. Jo. Franci, Med. zu Dorfst. ab 577.
Alexander III. Disputation in Academie habiter à d. L. ab 577.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xe. 37.

THESES
De
PESTILENTIA.

Pro quibus,
DEO aeterno adjuvante,
PRAESEDE
PHILIPPO SCHERBIO,

publicè disputabit

GREGORIVS PETRVS
BERSMANVS,

In inclyta Noribergensium Aca-
demia Altorfina,


A.D. Decembr. Jul.

ANNI

clo. Io. xcix.

NORIBERGÆ,
Typis Pauli Kaufmanni.

Ornatiss. et doctiss. juueni. Dn. Sipis mundo
Fausto. Medicinae studioso, amico s. sin-
gulari. mittit Gregor. Petrus Bergmannus.



С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э

С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э

С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э

С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э



С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э

С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э

С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э

С Е Н Т
А И Г И С с Е И Г Е
А И Т И Е Л И Т с Э



THESES De PESTILENTIA.

THESIS I.

VM MORBUS OMNIS SIT AVT SPORADICVS,
aut endemius, aut epidemius, principio h̄c viden-
dum, in quo genere pestilentia sit reponenda, ut ad-
ditis cuiusque generis differentiis propriis, grada-
tim definitio colligatur essentialis: quæ superadditis poſte a cau-
sis, Medico rationali ſive in medendo, ſive in prædicendo, lumen
præferre poſſit.

II.

Sporadici morbi ſunt, cum aliquot quidem homines agro-
rant, ſed alii aliis morbis.

III.

Quanquam igitur quadam febris pestilens (ut, si quis pri-
vatim victu pessimo malignam & putredini opportunam ca-
cochymiam coacervaverit) in hoc genere eſſe poſſit: communis
tamen omnium hominum de peste anticipata notio, eam ad com-
munes potius morbos aggregat.

IV.

Hoc quidē fortassis fieri poſteſt (non enim haſebres ſunt valde
contagioſa) ut talis aeger incautis initium ſit peſtifer & contagio-
nis: simili ferè modo, quo Aristoteles de quorundam testaceorum
generatione his verbis ſcribit: In genere eorum, quæ testa inte-
guntur, quadam propagari instar ſobolis exente excremento
a 2 quodam

quodam mucoso, ab eo, quod primum sponte ortum est, ut Mituli, Buccina, & Purpura. Larga enim eorum copia nascitur, cum primum aliquid constiterit. Evenit autem, ut vel sponte hac omnia nascantur.

V.

Nihilominus de pestilentia loquentes, ad publicam, non ad privatam, tacitis cogitationibus ferri solemus.

V I.

Immò, si verum amamus, non rectè à quibusdam pestis dividitur in privatam & publicam. Privata enim potius cum Galeno febris est pestilens sine peste.

V II.

Quemadmodum enim in civili societate, quamquam unus aliquis seditione gerat, multaque contra Reimp. & loquatur & faciat: tamen quamdiu nullos adhuc gregales ad se pertraxit, seditione nondum propriè dicitur: civis enim seditionis est, sed sine seditione: ita etiam febris pestilens potest esse: sed sine peste.

I IX.

Efficitur igitur, ut pestis sit morbus, aut endemius, aut epidemicus.

I X.

At cum endemii ex quacunque tandem causa communī, perpetuò locum aliquem affligant, vix credibile est homines talis loci, in quo vita adeò in incerto est (hac autem de lue pestilenti omnium ωέληψις videtur) diutius fore incolas.

X.

Neque verò, si in aliqua provincia certæ & quasi anniversariæ causæ sunt pestilentis exhalationis, continuò malum hoc epichorium sive endemium est.

X I.

Talis enim pestis, non perpetuò incolas illos infestat: sed ex intervallis redit: & præterea contagiosa est, aptaq; quæ in plurimas provincias disseminetur.

X I I.

Ad solū igitur epidemicum morbū pestilentia est reducenda.

Hic

X I I.

Hic verò rursus vel magna ex parte à natura vinci potest, & ad salutem finiri solet (cujusmodi fuit anno octuagesimo catarhus, pluribus regnis non expectatus hospes) vel contrà, plerosque omnes quos arripuit, etiam ab ripit.

X I V.

Ille nomen retinet generis: hic jam pestilentia ab omnibus dici consuevit.

X V.

Est igitur ea morbus epidemicus, magna ex parte lethalis: vel cum Galeno, duob. verbis: Pestilentia est epidemia perniciosa.

X V I.

Quo loco gradus pernicië agnoscere oportet. Quædam enim est funesta: quædam funestior: quædam funestissima.

X V I I.

Ex his jam nullo negocio intelligi potest, pestem non semper esse, ut vulgo putant, certum quendam morbum, & ejusdem, ut ita loquar, idæ, sed omnem morbi eam posse fieri, modò has duas proprias notas induere queat, ut sit & communis, & simul plerisque exitiosus. Quod certè in multos cadere per rerum naturam non potest.

X I I X.

Etsi verò lues ista plerumque sit febris quædam: interdum tamen potius angina, aut dysenteria, aut pleuritides pestilentes, aut alii consimiles, pestilentia nomine & re, humanum genus infestum habent.

X I X.

Qua de causa febrim pestilentem negamus pestilentia esse genus. Ejus enim species potius est, quamquam omnium frequentissima & princeps. Unde fortasse error doctis viris objectus est.

X X.

Ita enim se res habet. Pestilentia ut generi, subjacent hæ species, verbi gratia, Febris pestilens, sive hectica, sive ex putre-

dine humorum, angina pestilens, phrenitis, hepatitis, pleuritis,
dysenteria pestilens, colica etiam apud Aëtium, exulcerationes
item pulmonum, & expuitions sanguinis pestilentes.

X X I.

Causæ.

CAVSSA malorum interna, est magna & vehemens putredo, vel humorum in vasis contentorum, vel substantiae etiam solidioris, sive ejus humiditatis, que ad constituendam solidam partium substantiam facit.

X X I I.

Cujus quidem putredinis proprietas est, ad vicina facile ferri. Ut enim vita est inimicissima: ita contagione ceteros morbos omnes, viribus suis vincit.

X X I I I.

Magnitudinem autem ejus metimur (si ratione & onus acquiescis) eo, quod à natura concoqui non possit. Nam ceteræ putredines in pus, aut quid simile puri, convertuntur: at tumores pestilentes, aut non suppurantur, aut in putredinem diversam à pure transeunt, ut auctor est Galenus.

X X I V.

Causa fortassis (si res à capite arcessenda est) consistit in crassitie partium. Piperis enim calor, quia fundatur summa tenuitate, à nobis vinci potest: auripigmenti tamen, propter causam contrariam, non potest.

X X V.

Itaque libenter hic doctissimo Cæsalpino assentimur, qui γεωμετριῶς docet, febrim pestilentem sola putredinis malignitate, non loco, à ceteris differre.

X X V I.

Vinum certè aliter vitiatur cum acescit, aliter cum pendulum fit, aliter cum in vappam inutilem abit: ita etiam varietas putredinis in humorib. nostris, mirifica animadvertisit.

X X V I I.

Alii venenum pro causa interna afferunt.

Qui

X X I X.

Qui si fatentur impropriè se loqui, & veneni nomen populariter & latiori quadam significatione usurpare, ferendi sunt: at presse & propriè sumtum (ut Medici in suis scholis accurate inter perniciosum, malignū, pestilens, & venenatum sive venenum distinguunt) sine ulla dubitatione negamus & pernegamus in peste esse venenum.

X X I X.

Quod si interdum (quod in Galliis aliquando ab Iudeis factum scribitur) putei veris venenis inficiantur, ita ut neque putredo, neque contagio ulla in ægris appareat, propriè hoc malum non erit pestilentia.

X X X.

Dices. Atqui, cùm malum hoc commune sit, non potest certè reduci ad morbos sporadicos. Neque tamen ullo modo etiam ad endemios, ut constat. Sed neque ad Epidemici illud genus, ex quo agri plerumque convalescere solent. Restat igitur ut ad pestilentiam revocetur.

X X X I.

Hic tibi illud cogitandum est: Morbos, quos trimembbris illa divisio proponit, pendere ab causis necessariis, & omnino iis, quas Medici sex res non naturales nominant: at hoc malum non inde natum est, non magis quām in prælio magna hominum strages edita. Videndum diligenter, Divisiones quarum rerum divisiones sint.

X X X I I.

Externa caufsa aut est reipsa putrida, aut certè potestarem habet putrefaciendi.

X X X I I I.

Utrumque hoc licet cernere in cælo sive aëre: in victu autem communi, summam potius dūvapiv nādηlūlū putrescendi.

X X X I V.

Cæli sape gravis & pestilens est inspiratio, quòd in eo sint inquinamenta & halitus reipsa putridi.

X X X V.

Exoriuntur autem ii, nunc quidem ex putrescentibus ca-
daveribus piscium, reptilium, equorum, mulorum, hominum in-
humatorum (ut non raro post magnas pugnas) aliorumque
similium: nunc vero ex aquis stagnantibus, aut cœniosis lacubus,
aut ex charoniis scrobibus, aut terræ hiatibus.

X X X V I.

Hi in alias regiones ventis, alias fortassis saluberrimis, pe-
stem importare possunt.

X X X V I I.

Ad hunc locum etiam contagium pertinet, quomodo cum
que fiat, sive fomite, sive ægri contactu, sive expirationibus pu-
tridis (quas Hipp. ἀπόρροιαν νοσερὰν, Alexander λοιμωλὸν, Aristoteles πνεῦμα Φαῦλον καὶ βαρὺ appellare solet) in aërem etiam se-
renissimum, & ceteroquin optimum, diffusis: quæ et si ab initio
una domo, aut etiam uno cubiculo, coërcantur: paulatim tamen
tota platea, & urbis illa regio potest occupari, præsertim si nullis
ventis dissipatio fiat, aut ignibus accensis consumtio.

X X X I I X.

Atque ex his quidem, similibusque putridis inquinamen-
tis, primum genus pestilentie, apud eruditissimum Agricolam
constituitur.

X X X I X.

Sequitur secundum, quod itidem à cœlo inferri solet: sed
alio tamen modo. Non enim jam halitibus putridis pestilens
est: sed potius, quia aut constitutiones temporū anni, plane inter-
se non responderunt, neque τὰ ὥραια ὥραιως sese habuerunt: aut
quia diurna caliditate & humiditate, sine incitatoribus
ventis, aut saltem alterutra intemperie, corporibus humanis vi
putrefaciendi pestiferum factum est.

X L.

Ubitamen diligenter videndum, in austrinis præsertim con-
stitutionibus, quæ cœli constitutio eam vel antecedat vel sequa-
tur. Frigidam enim & siccām antegressam fortassis emenda-
bit: ut & contrà, illa quoque hujus remedium esse potest.

Viden-

X L I.

Videndum etiam illud. Non semper eo ipso tempore, quo
aer intemperiem aliquam graviorem nobis imprimit, pestilen-
tibus morbis nos protinus urgeri, sed in aliud tempus interdum
eos proferri: quod aliquando nihil mali facit, aliquando vires
superioris exacuit, aliquando debilitat.

X L I I.

Tertium genus pestilentiae ex corruptela victus communis
nascitur, verbi gratia ex usu aquarum vitiosarum, aut eorum
ciborum, ad quos extrema fames (quod non raro fit in urbibus
obsessis) homines adigit.

X L I I I.

In quo genere aeri etiam, quamvis purissimo, sua vis est.
Sive enim tam vitiosis succis inde natis, frigidior ille superve-
niat, spiramenta cutis obstruendo: sive calidior, adventitia sua
caliditate, eos adeo ad putredinem paratos, facilimè in ma-
lignantia putredinem præcipitat.

X L I V.

Hec tria genera caussarum ut triplex pestilentiae genus
constituunt: ita ex eorum differentia, & corporum evanescencia, si-
mule etiam inter se analogia, effectuum incredibilis nascitur va-
rietas.

X L V.

Inde enim fit, ut pestilentia nunc quidem bubus infesta sit,
nunc equis, nunc ovibus, nunc porcis, nunc aliis. Ita inter ipsos
homines, nunc pueri abripiantur (variolas enim pestem puero-
rum nominat Avicenna) nunc sanguinei & miditissimi quique:
nunc omne genus, ut vix tertia pars reliqua maneat.

X L VI.

Videmus simile quid in diversis corporis nostri partibus. Ha-
bitus enim putridus ex lippientibus oculis, non nisi alterius oculos
afficit: ex pulmonibus, pulmones: ex intestinis dysentericis, inte-
stina: ex cute, cutem.

X V I I.

Non igitur cum Fernelio stellis tantum negotii faceſſere

a s pla-

placet, ut jam in homines, jam in asinos, jam in porcos, jam in capras, in gallinas, in vespas, in formicas, in quinamenta pestis demittant.

X L I X.

Signa pestilentiae vel universè tantum considerantur, vel definite. Et universè quidem, vel denunciant malum adhuc absens, vel ostendunt jam urgens.

X L I X.

Futura pestilentiae quotannis audias plurima signa, ab hominibus tabernariis, quæ ad certum judicium revocanda sunt à Medico, Hippocratis & Galeni alumno. Non pauca enim ex illis stulticia & superstitionis plenissima sunt.

L.

At jam urgentis pestilentiae signa colligere, cùm ea tam variata tamq; multiplici facie sit, ab nostro instituto abhorret.

L I.

Definita verò signa, vel referuntur ad causam externam vel internam. Quæ ut discretae dijudicanda sint, egregie nos Agricola instituit.

L II.

In præservatione ad hos scopos cogitationes referenda sunt:
1. ut ab excrementis cuiuscunque generis corpus sit purum, omnisq; nativi caloris per transpirationem ventilatio sit expeditissima. Etsi enim hæ pestilentes putredines plerumque non ab obstructionibus, aut prohibita transpiratione nascentur: sanitare tamen est, nullas fuligines retineri. 2. quod caput rei est, ut causa dominanti omnibus viis obviam eatur. At quia ea quoque, ut vidimus, multiplex est, nos etiam hic cogitationes nostras non distrahimus.

L III.

Illud monere primum placet, nihil proficere in peste eos, quib; araneos in suis edibus ubique stabulari sinunt, tanquam qui absunturi sint aëris venenum. Nam neque in aëre propriè venenum est: & si maximè in primo vestis genere esset, non rectè colligitur:

igitur: Bestiola hac est homini venenum, vescitur igitur venenis: ut neque contraria: Animal istud homini est alimentum, igitur non vescitur iis, quae homini venena sunt.

L. IV.

Deinde & illud, quod est apud Agricolam: Non solum visitandos eos, qui contagione jam affecti sunt, sed etiam illos, qui benevalentes, cum illis quomodo cunque versati sunt. Non enim facile credas, quanta sit vis contagii in hoc malo.

L. V.

Ad curationem quod attinet, tot morborum pestilentium integrum curandi methodum, iisdem de causis, non persequimur, nec aliena scrinia compilamus. Paucula tantum ista tyronibus artis Medicæ subjicimus.

L. VI.

Bubonum, aut in aliis locis tumorum, macularum, item in cute eruptiones, non semper esse criticas, neque Medico rationali perpetuo imitandas.

L. VII.

Non omnia medicamentis, totâ substantiâ agentibus, esse committenda: immo methodum præcūdīus corrīgenda & abroganda, maximè ob oculos habendam.


L. IX.

Non valere hanc consecutionem: Hoc tota substantia prodest adversus venenum. Ergo etiam adversus pestilentiam.

L. X.

Sudorifera in primo morbi genere locum habere posse, si maturè adhibeantur. In iis Gesnerus ratione & multiplici experientia ductus, magni fecit hoc, quod sequitur: id quod Medicus quidam, qui artis sua summam, non in Methodo, sed in Receptis ponunt, mirificè sibi solis retinent. Est autem ex theriace recentioris, succi allii, & aquæ ardentis, cuiusque partibus duabus: succi ruta, parte una: aceti acerrimi, partibus tribus. His permixtis datur cochleare unum aut alterum ad sudorem.

P A R E R



P A R E R G A.

Politicum.

Aristoteles omnibus Re-
rump.formis anteposuit) Aristoteles non omnibus
regnum.) anteposuit regnum, sed
politiā proprie dictam.

Physicum.

Nomen actionis, quia latini interpretes eo usi sunt in red-
denda & entelechia secunda, & energia, & *mīmōs*, & praxi,
valde ambiguum est, & causa maximorum errorum.

Logicum.

Definitio, v i i i . Dialecticorum, ab Aristotele adhi-
betur, non ut ipsa sit epicheirema, sed ut problema *δυστη-*
χείρην, faciliorem habeat epicheirematum inventionem.

Medicum.

Aliud est, aliquid calefacere ut alimentum : aliud, ut
medicamentum : aliud, ut tegumentum.

F I N I S.

Wk 1460

ULB Halle
004 396 642

3



Wm

47

propter quod in aliis scriptis etiam
in sue similitudine. Et quod non solum
in iherusalem. sed etiam in aliis
scriptis. etiam in aliis scriptis.

Donec alia cupla fratribus aliis
in se. in nobis. sed huius scripti
ob suam. quam differt exinde
scriptio. et non differunt exinde


et applicatur. Ne que ostendam. sed scripta
patet. cum scripta. etiam in aliis scriptis
licet extra iherusalem. prius patet. applicatur
in aliis scriptis. et in aliis scriptis
in aliis scriptis. et in aliis scriptis. et in aliis scriptis.

Et quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.

Et quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.

Et quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.
non nisi. quod in aliis scriptis. et in aliis scriptis.

Farbkarte #13



15
THESES
De
PESTILENTIA.

Pro quibus,
D E O a eterno adjuvante,
P R A E S I D E
PHILIPPO SCHERBIO,

publicè disputabit

GREGORIUS PETRVS
BERSMANVS,

In inclyta Noribergensium Aca-
demia Altorfina,

A.D. Decembr. Jul.

ANNI

clo. clo. xcix.

N O R I B E R G E,
Typis Pauli Kaufmanni.

Cratiss. et doctiss. juueni. Dr. Sipis mundo
Fausto. Medicinae studioso, amico s. sin-
pulari. mittit Gregor. Petrus Bergmannus.